

1516. vel = 17.

Sigismundus I. Rex Polonia  
Summo Pontifici Leoni X.

113

Sanctissime in Christo Pater &c.

Inter actiones, quae jussu, et aucto-  
 ritate Sanctitatis Vestrae, et opera  
 Reverendi Domini Joannis Francis  
 Episcopi Scarden Nuntij epis inter me  
 et Ducem moschorum constituenda-  
 rum induciarum gratia habebantur  
 non minimum opera intendit Vene-  
 rabilis Nicolaus Fontana Canonicus  
 Scarden Prothonotarius Sedis aposto-  
 licae, quippe praeter interpretatio-  
 nis munus, in quo magna vis ierat  
 etiam magna industria, et Diligentia  
 in certis rebus agendis praesto fuit,  
 et ob eas res dignus mihi visus est,  
 quem ego simul certis rebus agendis  
 praesto fuit et benevolentia mea pro-  
 sequerer, et Sanctitati Vestrae com-  
 mendarem, rogo humiliter Dignetur  
 eam Sanctitas Vestra pro summa  
 sua clementia, et ejus meritis gra-  
 tia et liberalitate sua ita prose-  
 qui, ut eum revocato a se opere non  
 peniteat, simul, ut preces meas ad  
 Sanctitatem Vestram pro eo factas,  
 et

1516 oct. 17.  
et commendationem meam sibi di-  
gnati, et commode sentiat futuram,  
quod Sanctitatem Vestram pro sum-  
mo favore, quo me et regnum me-  
um prosequitur, facturam confido.  
Cui me et regnum meum rursus hu-  
millime commendo. Datum &c.